Quelle: https://manuscripta.at/?ID=8391
Copyright: Salzburg, Universitätsbibliothek



quidem dicens / in hoc cogno
scent omnes quia mei estis di
scipuli si dilectionem habueritis ad
inuicem / Nunc vero manda
tum nouum do vobis vt diliga
tis inuicem et hoc est preceptu
meum vt diligatis inuicem /
Itemque orans vnum eos fore
sic ipse et pater vnum sunt Et vi
de si non Paulus qui te ad ca
rismata meliora mutat in
ter cetera caritatem in summo fine
cum fide et spe dicit eam esse
maiorem / et supereminente scie
sive cui enumeratis pluribus aut
mirabilibus superne gracie donis
tandem ad superexcellenciorem
viam nos mittit / Haut alia
profecto illam quam caritatem
diffiniens / Denique quid nam
huic comparandum putemus /
que ipsi prefertur martirio
ac fidei transferenti montes
Hoc est certum quod dico / pax vo
bis a vobis sit / et omne quod
extrinsecus inimici videt non
terret quia non nocet / Nam
econtrario quidquid foris blandiri
appareat / nulla est profecto co
solatio / si intus quod absit semi
narium discordie germinauerit
Proinde dilectissimi pacem ha
bete ad vos / et nolite ledere inui
cem / non facto / non verbo / non

signo qualitercumque / ne quis forte
exacerbatus et preoccupatus a
pusillanimitate spiritus et tempe
state / deum interpellare contra
aduersus illos qui se leserint
aut contristauerint / et prorum
pere in verbum graue con
tingat / Filie matris mee pug
nauerunt contra me / Sic enim
peccantes in fratrem in Christum pec
catis qui ait / quod vni ex
minimis meis fecistis mihi fecistis
Nec cauendum a grauioribus
tantum offensis / vbi gracia ab apto
vitio seu maledicto / a clande
stino quoque susurrio / Non
nunquam sufficit os custodire
ab hijs et hijs similibus / cauenda
sunt et leuia / Si tamen leue
debeat dici quodcumque presump
seris in fratrem voluntate le
dendi cum hoc solo si nescieris
illi diu undique reus eris tene
aris / Merito quidem / Nam quod
tu leue putas / et ob hoc leui
us precipitas / plerumque alius
aliter accipit tamquam homo vi
dens in facie et secundum faciem
iudicans / paratus vestucam
trabem suspicari / et scintilla
putare fornacem / Non enim est
omnium caritas illa / que omnia cre
dit / proni enim sunt sensus hominis /
et cogitacio ad malum pocius